



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 16. Lansaci epistola ad Reginam Matrem circa Pontificis ægritudinem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. XVI.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.*Lansaci epistola ad Reginam Matrem*
circa Pontificis ægreditudinem.

Paulo ante Lotharingii Cardinalis in-
gressum ad Tridentinam urbem,
summus Pontifex gravi morbo corripie-
batur, non sine magna Synodi consterna-
tione, prout Lansacus ad Reginam Ma-
trem his verbis significabat. „Papa

*Pallav. l. 19.**c. 1. n. 12.**Memoir.**lettr. de Lan-**sac a la Reine**26. Oct.**p. 313.*

„infirma prorsus valetudine utitur, ac
„frequentibus morbis afflictatur, imo
„nunc quoque tam graviter decumbit,
„ut de ejus vita vix non conclamatum
„videatur. Hæc Majestati vestræ signi-
„ficare volui, ut futuro ejusmodi fato
„mature prospici valeat, ac si ita libue-
„rit, mihi significetur, quid, si eum mori-
„contingeret, me facere oporteret, præ-
„cipue, an tunc nos omnem operam,
„preces, ac minas impendere deberemus,
„ut sic, ne Synodus dissolvatur, præpe-
„dire, Patresque ad illam continuandam,
„Tridenti detinere possimus, vel utrum
„Majestas vestra velit, ut novi Pontificis
„Electio vel in Synodo, vel Romæ per
„Cardinales fiat, vel potius, an ad evi-
„tandum schisma, quod evenire posset,
„tam in Synodo, quam Romæ rem ita
„urgeri desideret, ut electio usque ad
„Concilii finem differatur: quod sane
„consultissimum esset, quia exinde Sy-

K k 4 „ nodum



Sac. XVI. „nodus, si continuanda foret, veram
A.C. 1562. „& liberam credere possemus, &
 „quibus ibidem sincere ac juxta con-
 „scientiam absque timore, vel persona-
 „rum acceptio[n]e suam mentem prome-
 „mere valeret, unde firmam ac in-
 „tegram reformationem sperare pos-
 „mus, & quiscunque in Papam eligendus
 „foret, haud difficulter Pontificatum uni-
 „cum salutaribus decretis jamjam in-
 „bilitis (*) acceptaturus eslet.,

§. XVII.

(*) Haec verba Continuator fors de Ge-
 lici hujus Oratoris audacia erubescens mode-
 rabatur, cum tamen Orator ita ad Reginan
 scripserit: *Existimo ad evitandum schisma op-
 tum fore, si creatio retardaretur usque ad en-
 tum Concilii, & in ea leges futuro Pontificis
 præscriberentur, cui postea minime licuisset illa
 jam sancitis se subducere.* Vide Pallavicinum
 lib. 18. cap. 17. n. 15. qui postea addit: *Ea
 Gallicorum Ministrorum molimina Romanam
 Aulam haud latuere. Id extra omnem dubita-
 tionem est, quod Nichetus Abbas Pontifici signi-
 ficarit, Lotharingium & Franciae Episcopos, ut
 se agnos & angelos ostenderent, absque tamen
 opinamenta ferre, ex quibus laboris plurimum,
 perturbationisque posset enasci. Ferrariensis
 quoque Cardinalis Papam monebat, Lotharin-
 gium quidem afferere, quod auctoritatem Ponti-
 ficiam*